Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31243
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">>

rata grauissime. que ita erat amentie fatigatione turbata. ut
cesariem sup oculos dimissam. neq; aspicere neq; me cognoscere
posset. Hanc ꝯ rogo ut restituas michi tantum. De ceteris curam n̄
habeo. Tunc uero scs apls. misericordia motus ait. Non est enim p-
sonarum acceptio apud dm. qui ipsa uenit. ut cunctos sal uos
faceret pereuntes. & ait eamus ad domum ei. Cumq; pcedens ala-
cedemonia uenisset in megaram. ingressi sunt ianuam dom̄. & sta-
tim om̄s demones unus uocis impetu clamauerunt dicentes.
Ut quid nos hic andreas sce psequeris. Ut quid domum n̄ tibi
confessam adis. Que tua sunt poside. que nobis concessa s̄ ne adi-
cias as penetrare. S; scs apls. nimis de his admirans. ascendit
incubiculu quo mulier decubabat. & facta oratione apprehen-
si manu ei ait. Sanat te dns ihc xpc. Et statim surrexit mu-
lier a lectulo. & benedicebat dm. Similiter & singulis quib; que
qui a demonio uexabant imponens manu. sanitati restituit restituit
Habuit deinceps antiphanem & uxorem ei firmissimos adiu-
tores ad predicandum uerbum dei. Veniens u beatus apls patriam
ciuitatem. in qua pconsul egeas erat. qui nup libio successit
et accessit ad eum quedam mulier esidama nomine. que ex doc-
trina sofiae cuiusdam apostolici discipuli iam conuersa fuerat
& amplectans pedes beati apostoli ait. Andreas sce rogat te domi-
na mea maximilla. que magnis febrib; retinet. ut accedas ad eam.
libenter enim uult audire doctrinam tuam. Nam & pconsul con-
iugis sue stat ante lectulum flens. gladiumq; in manu tenens. ut
cum illa spm exalauerit. ipse se mucrone pfodiat. Et ille preceden-
te esidama. uenit ad cubiculum in quo mulier iacebat in commo-
da. & uidens stantem presidem cum euaginato gladio ait. Nichil
tibi nunc malefeceris. si; reconde gladium tuum in locum suum.
Erit enim tempus quando ad nos exerendus erit. S; nichil in-
telligens preses. dedit accedendi locum. Tunc apostolus uenens
ante lectum infirmi facta oratione apprehendit manu ei. et
statim sudore pfusa e mulier. & discessit a febris. Iussit quo-
q; ei apls dare cibum. Pconsul ait centum argenteos obtulit sco
dei. Quos ille nec aspicere uoluit. Inde discedens uidit hominem